

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Ex Job. III. 16.

istitia causas queris? sunt GRATIA PATRIS
Et MERITUM Christi, justificansq; FIDES.

ORACULUM SACRUM XXXVI

Rom. III. 24. & 25.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Δικαιώμεθα δωρεάν τῇ αὐτῇ (Ἰεῶ) χάριτι,
ἐκ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, ἐν
ᾧ ὁ ὀφείτο εὐδοκίᾳ ἰλασθῆναι. Διὰ τῆς πίστεως ἐν
τῇ αὐτῇ αἵματι.

Versio vulgata.

Justificamur gratis per gratiam illius
DEI per redemptionem, quæ est in Chri-
sto Jesu, quem proposuit Deus propitia-
torum per fidem in sanguine ipsius.

Versio B. LUTHERI.

Wir werden ohne Verdienst ge-
recht auß seiner (Gottes) Gnade/durch
die Erlösung/ so durch Christum JE-
sum geschehen ist/ welchen Gott hat
für gestellet zu einem Gnadenstuel durch
den Glauben in seinem Blute.

NOTA.

N O T Æ.

I. Hoc sacrum oraculum notatu est dignissimum. Nam in eo nobis proponitur articulus de justificatione hominis peccatoris, coram Deo qui est acropolis nostræ salutis, docente B. Augustino arx & præcipuum propugnaculum totius doctrinæ & religionis Christianæ, teste virò *maximè* doctissimò B. Chemnitio part. 2. L. Theol. Loc. de justific.

II. Quia verò Diabolus & ipsius satellites, & Sociniani hanc aream variis machinis demoliri, & huic sacro oraculo vim inferre conantur, summa flagitat necessitas, ut cum hostibus illis strenue congrediamur, & hunc locum à variis corruptelis vindicemus. Quod ut faulster procedat omnes hujus sacri oraculi vocolas ordine enucleabimus.

III. Et quidem primà fronte observatio nem meretur verbum *δικαιωσθαι*, quod apud Paulum in doctrina justificationis miser peccatoris coram DEO forensē obtinet significationem, & in scriptura sacra idē notat, quod absolvere à culpa & pœna, justum pronuntiare & declarare. Vide loca Deut. XXV. 1. Esa. V. 23. Prov. XVII. 15. Luc. VII. 29. & hæc nota contra Pontificios docentes verbum *justificare* apud Paulum significare *justitiam infundere*, sive *justum*

ustum facere habitu infuso, quo quis coram DEO
 ustus sit. Vid. Andrad. lib. 6. Coffer. in En-
 hir. p. 227. Becan. in disput. de justif. cathol. c. 1.
 hes. 1. Bellarmin. lib. 2. de Justif. cap. 3.

Nec est quod adversarii nobis duo oppo-
 ant locas, quorum unus extat Dan. XII. ubi
 Doctores justificare dicuntur multos. Alter
 abetur Apoc. XXII. II. Qui justus est justifice-
 ur adhuc.

Nam neuter justitiæ infusæ habitum sta-
 ilit. Doctores justificant auditores suos
 on novos qualitates eis infundendo, sed eos ad
 justitiam erudiendo seu viam consequendi justitiam
 stendendo. Justi autem justificantur adhuc vel
 acollato justificationis beneficio perseveran-
 lo, vel indes sanctis justitiæ operibus magis
 nagisq; studendo. Itaq; non legitur: Qui
 ustus est δικαιωθηται πάλιν, sed δικαιωθηται ἔτι
 od vocabulum rei pristina continuationem,
 e in ea perseverantiam significat. Nulla igitur
 est sequela:

Qui adhuc sordescit, ille sordescit per nova
 peccata: E. qui adhuc justificatur per novam
 sanctitatem & bona opera justificatur, quoni-
 am non ut sordescendi vocabulum propria &
 rativa sua significatione sordium inhaesionem
 u & pec-

& peccatorum commissionem; ita vicisim
iustificandi vocabulum subjectivam iustitia
inhalationem & bonorum operum præstatio-
nem notat.

IV. Deinde in hoc sacro oraculo enuclean-
da venit vox *δωρεάν*, quæ h. l. omnibus oppo-
nitur meritis sive sint de congruo, sive de con-
digno q. d. Apostolus: Justificamur GRATIS
sine omni nostra dignitate & meritò, quod-
cunq; etiam illud sit, contra eosdem & cumprimis
Bellarminum, qui lib. 1. de Justif. cap. 21. ex-
stimat vocem *δωρεάν* non opponi merito de con-
gruo, sed de condigno, neq; operibus ex gratia
preveniente, sed sine gratia Dei ex solis nature
viribus factis hoc sensu: Justificamur GRATIS
i. e. sine merito de condigno, & sine meritis
propriis, id est quæ sint ex nobis, & non ex
Deo, interim justificamur operibus ex gratia
Dei factis. Ita Bellarminus, Cui tamen hæc
in parte rectè contradicit Dominicus à Soto,
dum lib. 2. de Natura & Gratiâ ita disserit:
*Justificari hominem GRATIS esse justificari sive
nullo merito, sive de condigno sive de congruo sine
procedente ex auxilio Dei speciali sive ex viribus so-
lis natura, prout ipse Bellarminus hæc allegat.*

Pontificiis adsurgunt SOCINIANI, existi-

man-

monem; in
obedientia
operum
nantes aliquid in nobis oportere inveniri, sine
quo Deus justificare nolit, nempe fidem in Chri-
stum, hoc est FIDUCIAM & OBEDIENTIAM.

Vid. Ostorod. in German. Instit. cap. 36. p. 302.

Catech. Racov. p. 283. Socin. tract. de Justific.

l. omni p. 109.

V. Etsi vox *δωρεάν* satis quidem exprimat
Dei favorem, tamen Apostolus addit vocem
χάρις & quidem ideo addit ut exclusiva sit il-
lustrior. Non enim in solens est scripturæ
majoris *ἐμφάσις* causâ unum vocabulum ex-
ponere per aliud, vel duo Synonyma conjun-
gere, aut adverbium addere nomini ejusdem
significationis propter rei certitudinem. Id
quod in omnibus lingvis usitatum est, ut quum
adfirmandi gratiâ dico, rem verissimè veram
esse, & quum Matth. II. 10. scribitur: Gavisi
sunt gaudiô magnô valdè. Et Luc. II. 9. Ti-
nuerunt timore magno valdè. Ita heic gra-
tis, contra Pontificios & cum primis Bellarminum
qui lib. 2. de Justif. cap. 3. vocem *δωρεάν* ad cau-
sam efficientem: *χάρις* ad causam formalem
seu habituales, *δωρεάν* verò ad causam
meritoriam refert. Et quidem propterea existi-
mat per τὴν *χάριν* gratiam nobis infusam notari,
quia alias Apostolus *παραλογίαν* committeret,
quum causa efficiens satis per τὸ *δωρεάν* explica-
retur.

II 2

VI. Vox

VI. Vox autem *χάρις* h.l. non notat, donum in anima inherens, aut qvalitatem quandam divinitus infusam animæ, quã non aliter fugentur peccata, quã tenebræ adventu luminis, sed significat gratuitam Dei clementiam, favorem, amorem, misericordiam, *Οὐλὰρ-Σπρωγία* & benignitatem quæ Gratia dicitur. Activa & *ἐνεργητικὴ*. Id quod patet

1. *Ex verbi* *חסד* *nativa significatione.* Notat enim hoc verbum ex gratia miserere, gratiosum esse & gratiã donare. Vide loc. Exod. XXXIII. 19. Gen. VI. 8. Conf. Ebr. XI. 7.

2. *Ex scripturæ adfensione.* Vid. loca Joh. III. 16. Tit. III. 4. Ebr. IV. 16. 1. Joh. IV. 9. & 10.

3. *Ex opposicione.* Gratia justificans opponitur nostris virtutibus & operibus, Rom. IV. 6. cap. XI. 6. Gal. II. 21. Ephes. II. 4.

At gratia habitualiter nobis inherens iis non opponitur.

4. *Ex scripturæ explicatione.* Gratia justificans in sacris literis explicatur per multam Dei charitatem, quã ipse dilexit nos, per divitem misericordiam, per *ἡνθάδε* *πλάσας* *ἡμῶν* *χάρις* *τὴν* *ὅσην* Ephes. II. 4. 5. 7. 8.

At multa Dei charitas, quã ipse diligit nos, & dives misericordia, & eminens opulentia benignitatis divinæ non sunt habitus nostri nobis

nobis inhærentes, sed sunt attributa ipsius
DEI.

5. *Ex temporis notatione.* Gratia justificans
data est nobis in Christo ante tempora æterna
2. Tim. 1.

Nullæ autem qualitates nobis inhæren-
tes ab æterno extiterunt. E. nec nobis ab æter-
no dari potuerunt. E. nec iis justificamur,
contra eosdem existimantes vocem *χάρις* b-l.
notare donum in anima inherens & iustitiam in-
fusam, ut vult Bellarminus lib. 2. de *Justificat.* c. 3.
seu donum homini infusum, ut loquitur Vitus Mi-
letus in *Discuss.* pag. 130. seu qualitatem quan-
dam divinitus infusam animæ, quæ non aliter su-
gentur peccata, quàm tenebræ adventu luminis,
ut ait Costerus in *Enchirid.* c. 6. p. 222. Eandem
hanc sententiam sub anathematis fulmine
Concilium Tridentinum sess. 6. can. 11. ample-
ctitur, dum ita deponat: *Anathema esse qui sta-
tuunt, gratiam, quæ justificamur, esse tantum fa-
vorem DEI.* Vid. *Catech. Rom.* p. 130. Colo-
niens. in *Cens.* p. 20. Adamus à Conzen. in
comment. Deniq; hoc patet.

6. *Ex propria adversariorum confessione.*
Nonnulli enim adversarii veritatis jubare adeò
constricti fuere, ut fateri necessum habuerint
per GRATIAM in articulo de justificatione.

U;

non

non intelligi donum homini infusum, sed Dei favorem & misericordiam in Christi sanguine fundatam. Hinc Biel. 2. sent. dist. 26. q. unic. Gratia accipitur *ACTIVE* pro gratuita Dei voluntate dante omnibus liberaliter, gratis non ex debito. Ita accipitur, *Act.* 15. Credimus per gratiam Dei salvari. Rom. 3. Justificamur gratis per ipsius gratiam. Albertus Piggus lib. 5. de lib. Arbitr. ita disserit: Gratia acceptionem variam non ex scholis, sed ex divinis scripturis petemus, quandoquidem in illis ferè imaginantur gratiam DEi qualitatem aliquam increatam anima nostra à Deo, vel eandem cum charitate, vel distinctam ab eadem. Quæ commentitia universa existimo, nec ex scripturis ullam auctoritatem habere. Pererius disput. 13. in cap. 3. Rom. n. 53. ita scribit: Nomen *GRATIÆ*, quum heic dicit Apostolus: Justificati gratis per ipsius *GRATIAM*, licet possit significare supernaturalem & divinam illam qualitatem à DEo infusam animæ hominis, & in ea inherentem, quæ est justus & gratus Deo, videtur tamen potius b.l. significare *GRATUITAM* Dei *BONITATEM* & *BENIGNITATEM* erga hominem. Opponit enim Paulus operibus hominum gratiam DEi, significans non meritis hominum quasi debitam reddi justitiam, sed nullis præcedentibus hominum bonis meritis, imò plurimè

rimis malis meritis, propter infinitam tamen
DEi benignitatem ac misericordiam gratuitam
dari justitiam homini. Haftenus rectè alias
non semper rectus Pererius. Imò Joh. Medina
1. 2. qv. 110. artic. 2. adserit ex sententia omni-
um Theologorum DEum rectissimè posse justi-
ficare hominem absq; habitibus infusis. En dis-
sensum Pontificiorum, qui tamen fidei suæ
unitatem unice jactitant.

VII. Præpositio PER in textu originali non
legitur, sed simpliciter Dativus ponitur. Ita
enim fluunt verba: *διναίμεθα δωρεὰν τῇ αὐτῇ
χάρι.* Et quamvis in textu legeretur hæc
particula, tamen nihil derogaret nostræ sen-
tentiae. Novimus enim præpositionem *ἄνευ*
non minus causæ principali rectè ad commo-
dari posse quàm instrumentali. Hujus rei
exempla, vide Prov. IIX. 15. Joh. I. 3. 1. Cor. I. 9.
Rom. V. 5. Gal. I. 15. ubi hæc particula ipsi quo-
que favori & benevolentiae divinæ adponitur,
contra eosdem & cumprimis Bellarminum, quæ
lib. 2. de Justific. cap. 3. scribit particulam PER
non rectè causæ efficienti favori & benevolentiae
divinæ adcommodari posse, sed vel causæ formali,
vel causæ meritoria, vel instrumentali adscriben-
dam esse. Jam subsumit: Atqui non causæ
meritoriae, nec instrumentali adscribitur. E-
ausæ formali.

U 4

Pos

II. Per ἀπολύτρωσιν h. l. non Metaphorica, sed propriè sic dicta redemptio intelligitur. Quod ita probamus: Ubiq; non solum redemptionis fit mentio verum etiam additur pretium, quò redempti sumus, ibi redemptio propriè sic dicta intelligitur.

At in loco præsentè non solum redemptionis fit mentio, verum etiam additur pretium quò redempti sumus, nim. Sangvis Christi.

E: in loco præsentè redemptio propriè sic dicta intelligitur, contra Socinianos existimantes vocem redemptionis esse metaphoricam; & in hac quæstione nihil aliud significare, quàm simplicem liberationem, quæ absq; interveniente satisfactionis pretiò fit facta. Hinc Socinus prælect. Theol. c. IX. p. 109. sic scriptitat: Itaq; adfirmo quum in N. T. redemptionis per Christum facta mentio fit nihil aliud significari quàm liberationem nullò verò pretiò interveniente. Hæc Socinus, qui tamen lib. II. de Servat. c. I. ipse fatetur verbum λύτρωσιν propriè acceptum nihil aliud significare, quàm aptivum è manibus illius, qui eum detinet PRETIQ; illi datò liberare.

IX. Præterea in hoc aureo aphorismo enucleandum venit vocabulum ἀσκήμων, quod descendit ἀπὸ τοῦ ἰλίσκου & apud omnes Græcos scriptores, Poëtas & Historicos notat plac-

non lacare, & iram iudei avertere, atq; proprie
medium placationis, vel autor placationis seu
lacator. Nupiam autem significat simpli-
tem tantum gratiae ostensionem, vel expiationis
declarationem, sed infert placationem &
reconciliationem, adeoq; peccatorum expia-
tionem.

Quod offendit vox adjuncta sanguinis cui
placandi vis tribuitur, quia sine sanguinis effu-
sione nulla fit remissio, Ebr. IX. 22. *contra eos-*
dem vocem ἱλασμεν non activè, sed tantum de-
clarativè exponentes, quòd nimirum DEUS sese
benignum & placatum nobis per Christum,
ostenderit non verò quòd Deum nobis plac-
averit. Hinc ἱλασμεν vertunt als einen Gnä-
den-Deffel textuq; addunt particulam Als
quæ tamen in fontibus non extat. Vid. Smalc.
in Exam. 157. Errorum errore 47. p. 15. Ostorod.
contra Tradelium p. 229. & cum primis Socinus
part. 1. de Servat. c. 2. ubi asserit Christum eo-
dem sensu dici ἱλασμεν quòd operculum areae
Exod. XXV. 21. h. e. illud vocari propitiato-
rium, non quòd populo Israelitico placavit
DEUM, sed quia DEUS se in eo placatum & pro-
pitium populo præbens sua responsa ibi dede-
rit: Ita quòq; Christum vocari ἱλασμεν non
quia DEUM nobis placaverit, sed quia DEUS

in ipso se placatissimum nobis ostendens voluntatem suam per ipsum revelarit.

X. Quamvis Apostolus h. l. tres enumeret justificationis nostræ causas nim. (1) GRATIAM DEI (2) REDEMPTIONEM vel MERITUM Christi & (3) EIDEM in sanguine Christi, tamen hæ justificationis causæ non sunt temerè confundendæ aut sibi invicem opponendæ, *contra modo nominatos hostes meriti & satisfactionis Christi, qui gratuitam Dei misericordiam, quâ justificamur merito Christi opponunt.* Vid. Cateches. Racov. p. 283.

XI. Notatu quoq; dignum est quod Apostolus dicit nos justificari *2^a 2^{ae} 2^{ae} 2^{ae}*. E. FIDES in justificatione in Sacramentis non e-
xcludenda, contra Pontificios existimantes Sa-
cramenta V. T. gratiam DEi contulisse ex opere
operantis h.e. ex devotione & bonis operibus me-
ritoriis suscipientis, Sacramenta verò N. T. con-
ferre gratiam DEi ex opere operato, ita ut eo
ipso, qvò opus illud, puta Sacramentum, exhibe-
tur, gratia conferatur utentibus nisi impedi-
atur qvex peccati mortalis, etiamsi non accedat opus
operans suscipientis i.e. FIDES s. Devotio interior,
& bonus motus in suscipiente. Vld. Biel lib. 4.
Sent. distinct. 1. qvæst. 3. Albertus in c. 6. Joh.

XII. Quomodo in iudicio Dei tres
perfo-

personæ conveniunt, videlicet Dei iudicis,
Christi Mediatoris & hominis peccatoris: Ita
ad peccatoris justificationem 1. Misericordia,
Dei Patris 2. Redemptio Christi & 3. Fides pec-
catoris concurrunt. Hinc Apostolus h. l. ju-
stificationem hominis omnibus tribus simul,
videlicet Gratia Dei, Redemptioni Christi, &
Fidei hominis diverso tamen respectu adscri-
bit contra eosdem calumniantes Lutheranos in
doctrina justificationis parum sibi constare & spi-
ritu vertiginis agitari, quia varios modos & di-
versas formas justificationis tradant dicentes 1. ex
Gratia Dei justificamur 2. per Christum justifi-
camur & salvamur 3. Fide justificamur.

XIII. Nec silentio pretereunda est particula
Alia, quæ in negotio justificationis nostræ de
omni causarum genere usurpatur. In loco præ-
sente v. 24. notat causam meritoriam, quando
Apostolus ait: Justificamur Alia. Hic dicitur
σως per redemptionem, quæ est in Christo Je-
su. Versu autem 25. notat causam instru-
mentalem ex parte nostra, quando Apostolus
ait: Quem proposuit Deus propitiationem,
Alia. Hic dicitur σως per fidem in sanguine ipsius.
Si autem fides est tantum causa instrumenta-
lis nostræ justificationis, utiq; non erit causa
meritoria; vel, si justificamur per fidem, certe

nom

justificamur PROPTER fidem. Aliud enim est justificari *Διὰ πίστεως* aliud *Διὰ πίστεως*. Illud quando cum Genitivo sic constructur, instrumentum, hoc cum Accusativo meritum ponit, contra modo nominatos adversarios qui quidem fidem non prorsus eliminare possunt ex articulo justificationis, tamen statuunt eam non justificare per modum instrumenti, sed per modum dispositionis & impetrationis, h. e. totam justificandi vim & efficaciam tribuunt virtutibus nobis inherentes; ideo PROPTER FIDEM nos justificari scribunt. Vid. Perer. disp. 2. in cap. 4. ad Rom. & disput. 4. in cap. 15. Gen. Bellarmius lib. 1. de justif. cap. 3. & cap. 17. ubi sic loquitur: Si in omnibus aliis locis PER significat causam (meritoriam) quare non etiam causam significat, quum homo dicitur justificari PER FIDEM.

XIV. Per FIDEM autem h. l. non intelligitur nudus tantum ascensus, uti contendunt Pontificii. Vid. Bellarm. lib. 1. de justif. c. 5. & seqq. Concil. Trident. sess. 6. car. 12. Nec fides de veritate & efficacia passionis, uti voluit Sociniani. Vid. Ostorod. in Instit. Germ. cap. 36. p. 302. nec fides bonis operibus stipata, aut actus fidei, quatenus includit in se totam obedientiam hominis Christiani, lege fidei i. e. Evangelio præscriptam, uti existimant Remonstrantes in-

Con-

Confess. cap. XI. & in Apol. f. 113. sed per FIDEM in actu justificationis intelligitur fiducia, cujus proprium & adequatum objectum est meritum filii Dei, propter quod in gratiam recipimur apud DEUM. Hinc dicitur FIDES IN SANGVINE CHRISTI, h. e. talis fides, quæ apprehendit Christi passionem atq; mortem, adeoq; univervsum ejus meritum.

XV. Si autem homo peccator FIDE justificatur, utiq; fides erit pars poenitentiae. Nam vera poenitentia, remissionem peccatorum, justificationem ac salutem impetrat, Ps. XXXII. 5. Luc. XXIV. 47. Act. II. 38. c. XVI. 18. At fides si destitueretur, quomodo per eam remissio peccatorum, justificatio & æterna salus obtineri posset, quam non nisi per fidem consequimur, Marc. XVI. 16. Act. X. 43. & loc. præsentē. contra Socinianos & Calvinianos fidem in Christum esse partem poenitentiae negantes. Vide Smalc. contra Franz. disp. 3. p. 353. Bucan. I. de Poenit. q. 8. Calvin. lib. 2. Instit. cap. 3. sect. 5. Beza in Absterf. cal. Heshuf. ad cal. 3. Piscat. volum. 1. Loc. 14. thes. 46. Petr. Martyr f. 113.

XVI. Justificamur & salvamur verà, fide in Christum. Hunc enim DEUS $\pi\rho\sigma\epsilon\gamma\gamma\epsilon\iota$ certò ordine, magnò studiò & arte publicè proposuit $\iota\lambda\alpha\sigma\iota\epsilon\iota\sigma\iota$ per FIDEM interveniente ipsius san-

sanguine Hinc ita colligo: Quicumq; carent
verâ in Christum fide illi nec DEum propitium
habent, nec ipsis salus æterna est promittenda.
Atqvi Gentiles caruerunt verâ in Christum
fide.

E. nec DEum propitium habuerunt nec sa-
lus æterna ipsis est promittenda, *contra eos, qui*
Ethnicis salutem æternam adscribunt, quorum a-
ciem supra produxi in enucl. oraculi XX. nota 7.
Quibus addi poterunt ex Pontificiis Johannes
Barclajus in Parænes. ad sectarios lib. 1. c. 1. p. 30
edit. Colon. Maldonatus in c. 11. Matth. v. 22.
Adamus Tannerus Tom. 3. Theol. Scholast.
disp. q. 7. d. 2. num. 30. adducit Blasium de
Viega, Franciscum à Victoria & Scotum, qui
eandem sententiam tenuerint. Ex Cinglii
adseculis poterunt addi Rudolphus Gualtherus
& Remonstrantes in Belgio, qui heic ἐπεὶ γὰρ
Videatur Vedelius Rapsodus Hardev. ex typo-
graphia Remonst. a. 1634. editus c. 9. p. 51. 52. §.
quartum est.

XVII. Penultima in hoc sacro oraculo vö-
cula est ἐν, quæ heic pro præpositione εἰς adhi-
berur ex consuetudine spiritus Sancti q. d. Apo-
stolus: Deus ideo Christum proposuit ἐλπίσιν
ut credamus Ieum pro nobis esse passum ejusq;
sanguine effusum in remissione peccatorû. Vide
loca

loca parallelâ
nota, contra
apostolicam
ne Iudei
vix nega
fiam, qv
p. 11. & 11.
XVIII. Ba
vocabulum
activam ex
sed potius
tia a divi
ad reco
recte sent
bedientia
passione
activitate
dans no
autem h
faciat me
tiam Chri
cimet. V
contra Lu
nium, ad
Piscatorum
hoc 3. thes.
sermonem

loca parallela, Gal. III. 26. Ephes. I. 15. & hæc nota, contra Socinum, qui ei sifateatur scripturas apertissime testari nos sanguine Christi & effusione sanguinis ejus servari, & peccata nostra expiari, negat tamen hoc credere esse fidem in Christum, quâ justificamur. Vid. Socin. de Justific. p. 115. & part. IV. de Servat. Christo cap. IX.

XVIII. Restat ultimum hujus sacri oraculi vocabulum τὸ ὀψιμα, quod obedientiam Christi activam ex actu justificationis non excludit, sed potius præsupponit. Nam sine obedientia activa Christi passio non fuisset sufficiens ad reconciliationem generis humani. Hinc rectè sentiunt, qui scribunt activam Christi obedientiam principatum obtinuisse in ipsa passione. Et quis sanguini Christi detraheret activitatem, quum sit sanguis Filii Dei emundans nos ab omni peccato. Joh. I. 7. Quamvis autem h. l. Apostolus tantum sanguinis Christi faciat mentionem, alibi tamen per obedientiam Christi legi præstitam justis constituti dicimur. Vide Rom. V. 19. Gal. IV. 4. & hæc nota contra Zachariam Ursinum, Matthiam Martinum, M. Rudolphum Goclenium & cumprimis Piscatorem Herborensem, qui volum. 1. disput. loc. 15. thes. 16. & volum. 2. loc. 7. thes. 15. & 16. scribit materiam justitiæ Evangelicæ esse tantum obedientiam

bedientiam & mortem Christi, & hanc solum
imputari hominibus à DEO, Sanctitatem autem
vita & naturæ Christi ideo duntaxat Christo suis se
necessariam, ut sua morte peccata nostra expiare
posset. Quem errorem è loco præsentè stabili-
re conatur. Cui tamen pastores Galli cani
Wappanei congregati A. 1603. Polanus in Da-
nielem à p. 187. Johan. Scarpus Scotus in Aca-
dem. Dienenf. Prof. de Justif. à p. 235. & Wilhel-
mus Bucanus in Justit. Theol. Loc. 31. quæst. 12,
14, 15. rectè contradixerunt. Sed quia hunc
errorem etiam notavi supra in enucleat. Ora-
culi XXVI, not. 12, ideo progrediemur & audie-
mus quid nobis de triplici ista eaq; aurea nostræ
salutis catena loquantur.

PATRES ORTHODOXI,

& quidem,

I. DE GRATIA DEI.

Ubi audis GRATIAM intellige GRATIS.
Si ergò GRATIS, nihil tu attulisti, nihil merui-
sti. Nam si meritis aliquid redditum est, mer-
ces est non gratia, *Augst. in Ps. 144.*

Si justificatur impius ex impio sit justus, sed
quomodo? Nihil boni fecisti & datur tibi re-
missio peccatorum. Attenduntur opera tua,
& inveniuntur omnia mala. Si, quod debe-

tur

tur illis operibus, DEUS redderet, utiq; damna-
ret. Quid ergo fit? non reddit tibi DEUS de-
bitam pœnam, sed INDEBITA GRATIAM.
Debebat vindictam, dat indulgentiam, *Idem in*
Pf. XXXI. GRATIAM DEI non est gratia ullô
modô, si non sit gratuita omni modo, Idem.

Justitia nostra non est ex proprio merito,
sed ex DEI consistit misericordia, *Hieronymus*
lib. 1. adv. Pelag.

II. De CHRISTI MERITO & *quidem quôd*
Christus sit verum ἱλαστήριον non tantum de-
clarativè, sed etiam effectivè

DEUS proposuit Christum placamentum in
sangvine, ut per hostiam corporis hominibus
propitium faceret DEUM, *Origenes.*

DEUS Christum proposuit PROPITIA-
TOREM per fidem in sangvine ipsius ut pro-
pitiatureis, qui credunt se ejus sangvine libe-
randos propter remissionem præcedentium
delictorum. *Ita Hieronymus ἱλαστήριον explicat*
propitiatorem, abstractum pro concreto accipiens.

Passus est Christus ut propositum DEI
sedaret, quô tandem punire peccatores decre-
verat. *Ita locum præcedentem explicat Idem.*

De merito Christi etiam notanda est illa
Theologorum maxima: *Extra Christi meritum*

X

nulla

nulla est erga peccatores gratia, nulla peccatorum justificatio.

DE FIDE JUSTIFICANTE

duo tantum testimonia unum Latini, alterum Græci Patris hac vice adscribam.

Justificati gratis per gratiam Dei justificati sunt gratis, quia nihil operantes neque vicem redemptes SOLA FIDE justificati sunt, Ambrosius ad Rom. v. 3.

Hæc est perfecta ac integra gloriatio in DEO, quando neque ob iustitiam suam, quis se jactat, sed novit quidem seipsum veræ iustitiæ indigum esse. SOLA autem FIDE in Christum justificatum, Basilii homil. de Humilitate.

Qui plura Patrum testimonia huc facientia desiderat legat clarissimi Theologi Dn. D. Agidii Hunnii p. m. Quaestiones & Resp. de Justificat. p. 102. & 103.

RHYTHMI GERMANICI.

Romun her / O lieber Christ / und schau
die Leiter an /
Darauff man sicherlich in Himmel
steigen kan.

Die ist des Vaters Huld: des Sohns
Verdienst und Leyden/
Und denn die Glaubens-Hand/ so Christum
fasse mit Freuden.

Ex v. 19.

*Sol oritur mundo; Sed mundus luminis osor
Preponit luci Cimmetrias tenebras.*

ORACULUM SACRUM XXXV.

Joh. I. 9.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὅχρεις ἦν τὸ ὄως τὸ ἀληθινόν, ὃ, φωτίζει
πάντα ἀνθρώπων ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.

Versio vulgata.

Christus erat lux vera, quæ illumi-
nat omnem hominem venientem in hunc
mundum.

Versio B. LUTHERI.

Christus war das warhafftige
Licht/ welches alle Menschen erleuchtet/
so in diese Welt kommen.

N O T Æ.

i. Per lucem veram, Bedä interprete h. l. in-
tel-

X3